

scivisset *Helmontius*, si imponendi nobis  
animus ipsi fuisset,

Tandem vero, voluerit *Helmontius*  
dicto loco docere reductionem olei in  
sal volatile, anne in Alcalifata vola-  
tilifandi modum, tacite quoque digi-  
tum intendere potuit? Anne unius rei  
plures esse possunt fines? An tu igno-  
ras morem maximorum Philosopho-  
rum, qui cum maxime dixerunt, nil  
dixisse videri volunt? Sed, ne ullam  
quidem *Helmontius*, per me, Alcali-  
fati salis rationem habuerit, omnem-  
que industriam & cogitationem ad cin-  
namomi oleum converterit. An ve-  
ro non licuit mihi, pace etiam tua non  
exorata hoc monere, quod verissimum  
est. *Ipsum Alcalifatam Sal hac ratione*  
*volatile redei?* Sed tædet omnino, hisce  
diutius immorari.

*Pag. 23.* Primo quidem negat Spi-  
ritum Vini, reiterata à Tartari sale ab-  
stractione in phlegma mutari. Deinde  
verò sub finem ejusdem paginae aperte  
fatetur, Spiritum Vini aliquando à Sa-  
le Tartari abstractum dimidia sui pars